









1685

1. Baudiß, Leonhardus : Juslitium embionis alicae
... defendit
2. Holm, Cordus Petrus : De cadaveribus pueris solum
sive de praena corporati mortuorum.
3. Holm, Georgius Petrus : De supervientia praesumptiva.
4. Hundiusch, Eusebius Ludovicus : De obligationibus
mortuorum ex statuto Lubecensi
5. Mevius, Johannus Christianus : De disputatione thesede.
forma
6. Mueller, Johannus Frachimus : Partiones $\frac{1}{2}$ varii
generis ... erutorum disquisitioni cahetit
7. et 8. ² ₂ Plog, Johann Gottlieb : Juslitium Leg. & C. de J. Test.
ne quis publice de fide catholica contendere
audiat ... solemniter defendit. 2. Saemph.
8. ⁴ ₂ Rappold, Samuel Fridicus : Aneclogistum occasione
15 §. 7. De aduentu et persecutor. ... solemniter
defendit. 2 Saemph.

9. Saker, Gurgun Christophorus: De jure receptandi pecuniam
in alienum.
10. Schroeder, Gorkardus: Portiones aliquot selectiores
... entitibus
11. Ley, Lorenz: De bonis parapharmaceuticis
1686.
1. Fleyschlin & Cleberg, Nicol. Fris: De interesse,
quod ex mercatura in reipublica redundat
2. Marchdrincker, Johannes Wilhelmus: De repressa-
liis.
3. Linck, Henricus: De panibus civitatis - Von
Brot - Pfenning
4. Linck, Henricus: Usuum divertitorem ex divinis et
humano legum civitatis neque ac canonico jure -
... praktischer erweisen inquisitioni nicht.
5. Linck, Henricus: Successiones conjugum ab intestato
ex divinis et humano jure tractatum. ... praktischer

84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

6. Wagenscher, Joh. Christophen: De comitis universalibus
sacerdotum Romani Germanici imperii

7. Wagenscher, Joh. Christophen: De sacri Comitis imperii
summi officialibus et eorum subofficiis

8. Lappin, Jhenes Ursula: De abdicacione ab officio

9.

10.

11.

16.

1. Fe

2. M

3.

4. Z

5.

9.

D. O. M. A. 12. 10

ANECLOGI-
STUM, 1685 86

*Occasione L. 5. §. 7. ff. de Administr.
& Peric. Tutor.*

Consentiente

MAGNIFICO

CTORUM ORDINE

in Celeberrima NORICORUM ALTDORFINA,

Pro

Obtinendo in Utroq; JURE DOCTORATÛS
Gradu,

Ad diem 10. Septembr.

A. C. MDCCCLXXXV.

H. L. Q. C.

Solenniter defendet

M. SAMUEL FRIDERIGUS RAPPOLD,
LIPSIENSIS.

ALTDORFI,

Literis HENRICI MEYERI,
Univerfit. Typographi.

ANNECLOGI

STUM

Oben in der ...

...

ICTORUM ORDINE
in Oberrheinischer Provinz

Oberrheinischer Provinz

...

A. C. 1799

H. N. C.

M. Samuel ...

...

...

Indulgentissimum, quod omnia moderatur,
Numen, Protoplastos ipforumq; posteros
rerum creaturarum, quæ vel ad victum, vel ad
alium etiam usum applicari poterant, non
nudos talesq; administratores, ut Creatori ad
scrupulosas rationes reddendas adstricti es-
sent præfēcissè, sed veros dominos, ita ut pro lubitu iisdem
frui possent, eos constituisse, vel ex autoritate sacrarum litem-
rarum plus satis constat. Quando enim Gen. I. v. 28. primis
parentibus dicitur: Dominamini piscibus maris et vo' atili-
bus caeli et uni versis animantibus, quæ moventur super terram;
certe eo ipso absolutissimum simul illis dominium tradit-
tur. vid. Strauch. de Imper. mar. cap. I. n. 6. Quod ipsum ve-
ro dominium, quamvis à nobis etiam adhuc exerceri videatur,
in hoc tamen diversum deprehenditur, quod olim latius
ampliusq; quoad extensionem, & facilius feliciusq; quoad
intensionem fiebat. Nam in primo homine extendebat
sefe illa dominandi potestas in omnes res creatas, quæ in
terra marive vivebant, quàm perfectissimè, adeò ut quem-
cunqve usum homo intenderet, nemo ipsum impediret.
Hoc nostro verò tempore imperfectam planè dominandi
facultatem nobis superesse, tum ex hoc, quod plurimæ ani-
malia nobis non parent, tum etiam ex eo, quod maximæ
difficultates nobis obstant, quo minus unusquisqve hoc be-

D. O. M. A.

Proæmium.



Indulgentissimum, quod omnia moderatur,
Numen, Protoplastos ipforumq; posteros
rerum creaturarum, quæ vel ad victum, vel ad
alium etiam usum applicari poterant, non
nudos talesq; administratores, ut Creatori ad
scrupulosas rationes reddendas adstricti es-
sent præfēcissè, sed veros dominos, ita ut pro lubitu iisdem
frui possent, eos constituisse, vel ex autoritate sacrarum litem-
rarum plus satis constat. Quando enim Gen. I. v. 28. primis
parentibus dicitur: Dominamini piscibus maris et vo' atili-
bus caeli et uni versis animantibus, quæ moventur super terram;
certe eo ipso absolutissimum simul illis dominium tradit-
tur. vid. Strauch. de Imper. mar. cap. I. n. 6. Quod ipsum ve-
ro dominium, quamvis à nobis etiam adhuc exerceri videatur,
in hoc tamen diversum deprehenditur, quod olim latius
ampliusq; quoad extensionem, & facilius feliciusq; quoad
intensionem fiebat. Nam in primo homine extendebat
sefe illa dominandi potestas in omnes res creatas, quæ in
terra marive vivebant, quàm perfectissimè, adeò ut quem-
cunqve usum homo intenderet, nemo ipsum impediret.
Hoc nostro verò tempore imperfectam planè dominandi
facultatem nobis superesse, tum ex hoc, quod plurimæ ani-
malia nobis non parent, tum etiam ex eo, quod maximæ
difficultates nobis obstant, quo minus unusquisqve hoc be-

neficium exercere possit, luculentissimè apparet. Quæ quidem dominiū imperfectio tantum abest, ut discrimen inter homines constituat; ita, ut eapropter alter alteri vel dominari possit, vel illarum etiam rerum, quibus ad sustentationem opus habet, reddere rationes teneatur, ut potius aliam tantummodo causam arguat, ex qua hodierna bonorum inæqualis distributio & possessio ortum suum trahere debeat. Utrum vero aucto genere humano, pacto quodam expresso vel tacito, vel nulla prævia conventionē, per nudam occupationem aliumque modum rerum dominia distincta sint, & hac occasione inæqualitas inter homines introducta, ita, ut hodie alter ex propriis bonis, alter verò ex administratione aliorum victum quærere necesse habeat, nostrum nunc non est prolixè excutere. Sufficit impræsentiarum de jure civili respectu bonorum, quæ in universo mundo reperiuntur, alios homines appellari posse dominos, alios nudos administratores. De dominis indubitati juris est, illos esse rerum suarum moderatores & arbitros, juxta *l. 21. C. Mandati*. posseque iisdem abuti, per *l. 25. §. 11. ff. de pet. hered.* De administratoribus vero constat, illos omnes gestionis suæ rationem reddere debere. *l. 1. §. 3. ff. de Tut. & rat. distrah. l. 4. C. de Episc. & Cler. Nov. 123. c. 23.* Nisi lex vel aliud aliquod factum hominis illos à reddendis rationibus immunes præstet. Dari vero in jure nostro administratores à redditione rationum certo respectu exemptos, ex variis juris textibus, præcipuè vero occasione *L. 5. §. 7. ff. de Administr. & periculo Tut.* demonstrari potest, quando *Ulpianus ex Juliani lib. 21. Digestorum* hujusmodi speciem sequentibus verbis proponit:

Qui-

Quidam decedens filiis suis dederat Tutores,
 & adjecerat: *eosque Aneclogistos esse volo.*
 Et ait Julianus, tutores, nisi bonam fidem in
 administratione præstiterint, damnari de-
 bere, quamvis testamento comprehensum
 sit, ut *Aneclogisti essent.* Nec eo nomine
 ex causa fideicommissi quicquam consequi
 debebunt, ut ait Julianus: & est vera ista
 sententia. Nemo enim Jus publicum re-
 mittere potest hujusmodi cautionibus, nec
 mutare formam antiquitus constitutam.
 Damnum verò quodcumque ex tutela quis
 senserit, & legari & per fideicommissum ei
 relinqui potest.

Qui textus vel ideò totus hîc apponendus fuit, quod
 non tantum themati nostræ Dissertationis ansam dederit,
 sed quod casum etiam huc spectantem cum ratione deci-
 dendi complectatur. Omnis verò labor circa aneclogi-
 stum tribus capitibus absolvetur, quorum primum defini-
 tionem ejus nominalem & realem, alterum aneclogistum
 ex lege, & tertium ex factò hominis, nempe conventionem
 & testamento, cum effectu, qui ex jure, quod habet anec-
 logistus, fuit, exhibeat. Faxit DEUS ut feliciter!

Aneclogisti Definitionem tum nominalem tum realem continens.

§. I.

QVem facies Disputationis nostræ exhibit aneclogistum, eundem Græcis natales suos debere facile colliges, præprimis si partes, ex quibus constat penitus paulò inspexeris. Est autem vocabulum decompositum, & nascitur ex α. h. l. περιληψι, præpositione εν, interposita huic literâ ν, euphonia gratia, & verbo λογίζομαι, quod significat rationem in eo, subduco, computo, expensum fero, ita ut conflata ex his particulis vox ανεκλέγισ nihil aliud innuat, quam eum, qui à reddendis rationibus liber & solutus est, vocaturq; alio nomine in l. 23. §. 2. ff. de pecul. leg. ανεξέτης, & ab Accursio in Gloss. hujus l. alogista, quasi quod non teneatur sermocinari vel respondere pro gestione. Priorem denominationem castigationem & significantiorem esse, his ipsis verbis, quibus utimur, testatur Andr. Alciatus, lib. 2. Parerg. cap. 25. quamvis posteriorem etiam referat in explicatione l. 1. C. de frument. Alex. atq; Prætermis. lib. 1. verb. analogisten.

II.

Fundamentum hujus appellationis est ANECLOGISMUS, (liceat mihi cum Criticorum venia hic ad imitationem vocis syllogismi, ενεκα συνήμα θ' άμα και σεφδς δηλώσεως, ut alicubi Galenus loquitur, & in quacunqve ονοματοποιήσθ etiam sedulo est observandum, ονοματοποιών,) hoc est, jus immunitatis à reddendis rationibus. Definitur vero, quod sit jus personæ competens, quo illa à reddendis rationibus eximitur, vel ex lege immediatè, vel mediante factò hominis, ob varias causas ortum.

III.

GENERIS loco ponitur jus, quatenus qualitatè moralem dicit, ad aliquid justè habendum vel agendum.

SUBJECTVM IN QVO est persona sive simplex sive composita.

FORMA est ipsa exemptio ab onere reddendarum rationum.

CAV.

CAUSA EFFICIENS est Lex. Quamvis enim fortassis rectius diceretur, legislatorem hic esse eum, à quo hoc jus dependet, legem vero tantummodo instrumentum, per quod ille voluntatem suam subditis declarat, quæ deinde in relatione ad Jctum & subditos, ut principium cognoscendi, se habet, unde nimirum, quid velit sibi imperans, possunt cognoscere; cum tamen jamdudum legi effectus summo imperio aliàs proprius, in scholis Jctorum, utitur non sine figura attributus legatur, nolumus hic, quos veteres posuere terminos, in præsentia movere. vid. *Dn. Pufendorf. de J. N. & G. lib. 1. cap. 6. §. 14. sub fin.*

IV.

Influit autem hæc Lex vel immediatè, vel mediatè, prævio nimirum & mediante factò hominis, hoc tamen cum discrimine, ut respectu ejus, cui hoc jus tributum est, se habeat concessivè. Nam uti *Seneca lib. 3. de benefi. cap. 21. ait: Quædam sunt, quæ leges nec jubent nec vetant facere, & permittere etiam legis virtus est. l. 7. ff. de LL. c. 4. dist. 3.* respectu verò aliorum, quos à petitione redditionis rationum arceat, obligativè. Et quidem semper Lex sola producit obligationem. Quamquam enim sæpius hæc obligatio non nascatur, nisi prævio & mediante factò hominis, quale vel conventio vel testamentum est; illa tamen non facti, sed solius legis proprius & adæqvatus effectus audit, cum obligatio à solo superiore, qui legem præscribere potest, substantiam nanciscatur, nec factum hominis, ut causam efficientem subordinatam, sed tantum modo ut causam sive conditionem sine qua non prærequirat. Et hinc phrasæ istæ, quibus pacta & contractus aliaque hominum facta civilia obligationes & actiones in jure nostro parere dicuntur, non ita intelligendæ sunt, ac si per se ejus virtutis atque efficaciam sint, ut per modum efficientis obligationem producere possint; verum quod Lex sæpenumero non nisi intervenientibus iis, ut pote mediis non causalibus, obligationem in individuo soleat stabilire.

V.

FINIS sunt variæ causæ, puta reverentia, favor & alia, quæ in sequentibus clarius elucescent. Quemadmodum autem Imperator, liberorum ac servorum naturam propositurus, libertatis atque servitutis definitionem præmisit; ita nec mihi facile vitio versum iri confido, quod, definiturus aneclogistum, aneclogismi descriptionem.

nem prius tradiderim, ex qua nunc ipsius aneclogisti definitio nullo negotio erui potest, quod nempe Aneclogistus sit persona, ab onere reddendarum rationum, ob varias causas virtute legis vel immediatè, vel mediante hominis factò, immunis.

CAP. II.

Aneclogistum ex lege considerans.

§. I.

Quando in proœmio nostræ Disputationis juris textibus affirmatur, omnem administratorem gestionis suæ rationem reddere debere, id ipsum ulterius à Doctoribus explicatur, dum statunt, quocumq; etiam modo aliena negotia quis gerat, tueatur & administret, sive sit voluntarius sive necessarius, prout *Mart. Naurath. de Ration. pag. 9.* hanc administratorum divisionem proponit, nihilominus tamen obligatum esse ad rationes, non solum domino, cujus res gesta est, *Mastb. Wesenb. Part. 1. conf. 47. n. 1. Jac. Menoch. de arb. jud. quest. cas. 209. n. 1. seqq.* sed etiam illi, cujus interest, vid. post *Damboud. in tract. de tut. & curat. Munoz. ab Escobar. de Rat. administ. c. 3. n. ult. atq; Ant. Fab. in Cod. l. 5. tit. 31. def. 1.* nisi vel lege vel factò hominis eximatur.

II.

Inter illos, qui lege aneclogisti constituuntur, primum sibi locum vindicat pater. De hoc eleganter disponit *l. 6. §. 2.* & hanc referens *l. ult. §. 4. in fin. Cod. de bon. quæ lib. ac l. 8. §. ult. Cod. de secund. nupt.* vigore cujus liberi ratiocinia super administratione bonorum maternorum aliorumq; extrinsecus acqvisitorum inferre nequeunt. Cum enim liberis semper sancta & honesta persona parentis esse debeat, *l. 9. ff. de obseq. parent. & patr. prest.* & contra reverentiam paternam sit, *l. 2. C. qui & advers. quos in integr. rest.* filios constituere castigatores genitorum *Nov. 22. cap. 24.* imò pater optimum consilium pro liberis capere dicitur, *l. 22. ff. ad L. jul. de Aduit.* merito à redditione rationum immunis erit. Accedit, quod pater in bonis filiorum adventitiis usum fructum imò plenissimam potestatem gubernandi habeat, *d. l. 6. C. de bon. quæ lib.* non aliter ac si solidum & perfectum dominium ei acqvisitum sit, *l. 1. C. de bon. mat.* ita ut, si bona hæc in pecunia consistant, eandem in proprios quoq; usus licite

licitè convertere, ac exinderes proprio nomine comparare possit.
Hartm. Pif. lib. 1. quest. 7. n. 15. Scip. Gentil. de bon. matern. cap. 11. pr. Baro Enenkel. de privileg. parent. § liber. privileg. 4. cap. 4. n. 9. seqq. Pascal. de virib. patr. potest. cap. 2. n. 82. § Job. Del. Castillo de usufruct. cap. 3. n. 85. seqq.

III.

Neq; qvoad hanc liberrimam administrandi facultatem jura distinguunt, sive de parentum pane vivant adhuc liberi, sive aliunde habeant, qvo se exhibere possint, v. gr. si extra familiam patri-industria sua & labore tantum acquirant, qvantum sibi ad sustentationem satis sit, vel ab avo aliisq; agnatis alantur, *Carpz. part. 2. const. 10. def. 7.* Nihilq; refert, utrum parentibus præstent operas serviles & ancillares, an vero liberaliter educentur. *Id. Carpz. Const. 10. Def. 8. ibiq; præjudicium in verb.* Ob num gleich der Vater seine Tochter in der Haushaltung zu allerhand Arbeit / welche sonst die Mägde zu verrichten pflegen / gebrauchet / so ist er doch dahero ihr wegen der Nutzung / so er die Zeit über / weil seine Tochter bey ihm gewesen / und sich mit Anstellung ihrer sonderlichen Haushaltung nicht abgefondert hat / von ihren anerbten Gütern eingehoben / Rechnung und Abtrag zu thun nicht schuldig.

IV.

Eo autem demum casu pater aneclogistus dicitur, si duo hæc requisita in eo copulativè concurrunt, scilicet, *ut § liberos in potestate habeat, & usumfructum ex bonis ipsorum percipiat. Ant. Fab. in C. lib. 6. tit. 33. def. 11. num. 2. cum multis allegatis Del. Castillo d. cap. 3. n. 151. seqq.* Hinc propter defectum primi requisiti pater non est immunis à redditione rationum, si bona liberorum emancipatorum adhuc administrat, *l. 37. §. ult. ff. de neg. gest. l. 5. C. de dol. mal. Paul. Montan. de tutel. cap. 38. n. 114. Matth. Wesenb. p. 2. conf. 86. n. 5. Modest. Pif. part. 3. quest. 126. n. 129.* Quamvis enim de jure civili pro emancipationis beneficio remunerationis loco patri dimidia pars usufructus relinquatur, §. 2. *J. per quas pers. cuiq; acquir. d. l. 6. §. 3. C. de bon. quæ lib. nihilominus tamen ad rationes tenetur, & quidem uti censet Munoz de Escobar. cit. tract. cap. 5.* pro dimidia parte fructuum, cum alteram ex legis dispositione in præmium emancipationis acquirat. Jure autem Saxónico, qvo liberis emancipatis bona adventitia, non retento patri

B

usu-

usufructu, sine defalcatione plenariè restituenda sunt. *Carpz. d. Const. 10. def. 5.* ad plenarias quoq; rationes obstrictus est. *Qua* occasione silentio prætereunda non est *Jur. Civ. atq; Saxonici* quoad emancipationem differentia. De *Jure Saxonico* separatio liberorum majorennium à lare paterno, propriæq; œconomiz institutio pro emancipationis modo habetur. *Vid. D. Elef. Aug. Const. 10. part. 2. ibiq; Carpz. def. 1.* & in filiabus celebratio nuptiarum, licet hæ adhuc ædibus mensâq; patris fruuntur. *Carpz. d. C. 10. d. 2.* Contra *jure civili* neq; matrimonium §. 2. *J. de Sct. Tertul. l. 5. C. de condit. insert. l. 20. ad L. Jul. de adulter. §. l. 18. C. de nupt.* nec separatio à patris œconomia *Carpz. d. const. 10. def. 5. n. 6.* dissolvit patriam potestatem, sed pater indistinctè usufructus perceptionem à rationibus liberam, donec vivit, retinet, *l. 1. §. ult. §. 5. C. de bon. quæ lib. Nov. 22. cap. 34.* sive liberi matrimonium contraxerint, & se à parentibus separaverint, sive non. Reddet ergo pater in foro *Saxonico* rationes de bonis liberorum ex eo tempore, quo liberi à nexibus patriæ potestatis per separationem se liberarunt, vel filiz contracto matrimonio in tutelam maritorum transierunt. Quod tamen moribus & consuetudine Germaniæ extra *Saxoniã* quoq; hodiè receptum est. Postquam enim passim invaluit, ut filii filizve per institutam propriam œconomiam à patria potestate liberentur, ut post alleg. asserunt *Ant. Hering. in tr. de Fidejuss. cap. 7. n. 622. atq; Petr. Heig. p. 1. quest. 24. n. 25.* in simul obtinuit, ut finiatu patris usufructus in bonis filiorum adventitiis, teste *Andr. Kobl. de conjug. success. n. 75. quem sequitur Dn. Stryck. in not. ad §. 2. J. per quas. person.*

Propter defectum secundi requisiti ad rationes obligatur pater vel tractans res filiorum suorum ut tutor & curator, *vid. post Bart. atq; Bald. Munnoz. de Escobar. de Rat. cap. 5. n. ult.* vel etiam administrans bona liberorum adventitia irregularia, de quibus *Auth. excipitur, cum duabus seqq. C. de bon. quæ lib.* Si enim mater vel avia aliiq; etiam extranei relinquunt liberis, in sacris parentum constitutis, certam hereditatis partem, sub hac definitione, ut pater in his rebus neq; usufructum, neq; quodlibet penitus habeat participium, *Nov. 117. cap. 1. pr. qualis dispositio usq; ad legitimum quoque liberorum admittitur. Matth. Berlich. part. 1.*

Dec.

Dec. 137. Dav. Mev. Part. 7. Dec. 356. n. 2. Patri quidem, nisi simul alius tutor vel curator testamento datus sit, competit administratio, ita tamen ut, perinde ac alius administrator, de bonis istis reddat rationem. *Hartm. Pif. l. 4. q. 11. n. 12. Carpz. d. Const. 10. def. 11. n. 9. seqq.*

V I.

Idem juris est quoad bona filiorum castrensia & quasi castrensia. Cum enim patri usufructus in illis denegetur, *l. 6. pr. l. 7. C. de bon. quæ lib.* de horum sanè administratione ratio postulari potest. *Bart. ad l. 37. §. fin. ff. de neg. gest.* ubi ait se vidisse, quod pater filio de administratione præbendæ rationem reddere fuerit compellus. Confer. *Card. Tusch lit. P. concl. 125. n. 18.* qui patrem de fructibus beneficiorum ecclesiasticorum filii perceptis ad rationis redditionem teneri statuit. Et huc referimus etiam stipendia Studiosis & Scholaribus, ad feliciores in studiis progressus faciendos, collata, ita ut pater de accepta nomine filii in hunc finem pecunia rationem reddere debeat, sive ex munificentia principis, *l. 7. C. de bon. quæ lib.* sive ex liberalitate privatorum ad sublevandos studiorum sumtus erogetur; Hoc tamen servato discrimine, ut quamvis aliàs pater etiam invitus teneatur sumtus studiis filii promovendis suppeditare, *Carpz. Jurispr. Consist. lib. 2. def. 409. n. 4. & Kremberg. de sumpt. studior. q. 7.* attamen in exhibitione rationum de acceptis filii stipendiis eos imputare possit, cum de proprio eos non solvisse præsumatur, *Carpz. d. Const. 10. def. 28. n. 4.* Quod si verò filius, favore patronorum adjutus, aliunde in Academia habeat, unde vivat, ut domesticis ac paternis subsidiis planè carere possit, certè pater obligatus erit ad redditionem rationum de stipendii sorte & fructibus exinde perceptis, nisi fortè stipendium non tam filio, quam potius patri in levamen expensarum ad studia filiorum necessariorum fuerit relictum, quod eo in casu ex tenore foundationis dijudicandum. Porro etiam patres rationes reddere tenentur de bonis filiorum feudalibus. Hæc enim cum castrensi vel quasi castrensi loco habeantur, nil quicquam exinde pater lucrari potest. *vid. Mejer in Coll. Jur. Arg. Tit. de Usufr. num. 15. Sam. Stryck. de Success. ab intest. c. 3. Art. 2. §. 8. Sigismund. Finckelthaus. disp. feud. §. controv. 20.*

V II.

Cæterum licet utrumque requisitum in patre adsit, eum tamen

In certis casibus adhuc ad exhibendas rationes de bonis liberorum adventitiis obligatum Dd. statuunt : scilicet , si pater transit ad secundas nuptias. Redditur enim suspectus filio , ut proinde & satisfacere debeat de utendo fruendo salva rerum substantia, nec non de reddenda administrationis ratione. *Castr. lib. 2. Conf. 455. Card. Tusch. l. P. concl. 125. num. 39.* Vel etiam si culpa sua & negligentia vergit ad inopiam, ut dissipacionis periculum sublit, *Card. Tusch. d. concl. n. 38. Heeser. de Ratiocin. l. 1. n. 78.* Vel deniq; si dolose administrat. *Montan. d. cap. 38. n. 112. Modest. Pistor. d. cap. 3. quest. 126. n. 128. Heeser. loc. cit. n. 80.* Vnde notanter *Bald. ad l. Orphanotroph. 32. C. de Episcop. & Cler. ait*, hoc quod pater non teneatur rationem reddere, quoad filium intelligendum, non quoad superiorem.

VIII.

Verum enim verò quod patrem ad secunda vota transeuntem concernit, negari equidem nequit, quod secundæ nuptiæ nubentium animos alterare soleant, *Dav. Mev. ad Jus Lubec. p. 2. tit. 2. art. 21. n. 13. & Scip. Gentil. de secund. nupt. c. 8.* ita ut præsumptio, quæ parentum fidem stabilit, cessare, nec ulterius, quam quousq; à secundis nuptiis parentes abstineant, durare censetur. *Heeser. l. 6. n. 160.* Unde & statuto Lipsiensi cautum: Wann ein Mann/ dem sein Weib stirbt / und Kinder nach sich verlässet / zur andern oder dritten Ehe schreitet / so soll er schuldig seyn sich mit seinen Kindern des Mutter Theils und der Gerade halber vor dem ehelichen Beylager gänzlich zu vergleichen / bey des Raths willführlicher Straffe. Attamen cum usufructus patri, etiam ad secundas nuptias transeunt, ex bonis liberorum adventitiis debeatur, *Ernest. Cothman. Vol. 4. Resp. 9. num. 2. per l. 4. C. de bon. quæ lib. bonaq; liberorum apud patrem, novercam quamvis liberis suis super inducentem, remanere debeant, juxta ord. Lips. Pupill. §.* Ob auch wohl bey dem Vater / da derselbe sich gleich wieder vereheligte / sich seiner unmündigen Kinder Güter / bis sie sich von ihme mit Anstellung ihrer eigenen Haushaltung und Nahrung scheiden / verbleiben etc. Hinc latius est, si dicamus patrem & hoc casu remanere anecogistum. *conf. Del. Castill. d. cap. 3. n. 92. seqq.*

IX.

Quoad patrem verò negligentem vel dolose in administrandis liber-

liberorum bonis versantem, aut prodigum, consultius est, eum plane jure suo quoad administrationem privare. *Cothm. vol. 2. Resp. 57. n. 197.* & pro ratione circumstantiarum, salvo patri usufructu, curatorum & patri & filio dare, ut utriusque indemnitati consulatur. *Ant. Fab. in C. lib. 6. tit. 33. def. 7.* Egregie huc faciunt, quæ in modo allegata *Ord. Lips. Pupill. §.* Ob auch wohl verbis immediate subsequenter sunt constituta: Dennoch aber / wann vor oder nach seiner anderweitigen Verhehlung befunden würde / daß er übel Haus hielte und verthulich wäre / oder sonst an seinen Gütern und Vermögen abnehme / so wollen Wir der Rath disfalls ein gebührend Einsehen haben / damit denen Unmündigen das Eigenthum ihrer Güter nicht entwendet werde / ihnen auch derowegen andere tüchtige Vormunden geben und bestätigen. Et factum memini Lipsiæ, cum C. v. S. bonis esset lapsus, ipsius liberis tutorem fuisse datum, resque liberorum maternas, quæ servando servari poterant, sigillo tutoris obligatas, in custodia patris remansisse, postea ex decreto Senatû alienatas, pecuniamque exinde redactam cuidam tertio, constituta prius judicialiter hypothecâ, mutuo datam, usurarumque perceptionem patri, sub clausula tamen & conditione alendi liberos, fuisse concessam. *conf. l. ult. §. 2. C. de sentent. pass. Restit. ibiq. Commentat. Enekel. d. privileg. 4. c. ult. n. 25. Mager de Advocat. armat. c. 16. n. 648. Scip. Gentil. de bon. matern. c. 12. Hieronym. Schurpf. cent. 2. confil. 20. n. 10. Del-Castill. d. cap. 3. n. 99. seqq.*

X.

Præter patrem Maritus etiam ratione ususfructus, quem ex bonis uxoris percipit, lege aneclogistus dici poterit. Defertur autem ususfructus marito aliter de Jure Civili, aliter Jure Saxonico. Et Jure Civili quidem, pro diverso bonorum respectu, diversum quoque jus marito tribuitur. Hinc quando præter bona dotalia uxor adhuc paraphernalia & receptitia affert, de bonis dotalibus tantum, utpote quæ ad sustinenda eo melius matrimonii onera à parentibus constituuntur, maritus fructus acquirit, de quibus soluto etiam matrimonio, dote ad patrem iterum redeunte, *per l. 4. C. solut. matr.* usus fructus percepti rationem reddere non tenetur. *l. 20. C. de Jur. dot.* Aliud obtinet in bonis paraphernalibus atque receptitiis. In paraphernalibus enim distingvendum est, an uxor ea sibi soli retinuerit, nulla marito expressim vel per manifestam patientiam concessa

eorum custodia, ad administratione & usu; an verò hæc etiam permissa reperiantur. Priori casu, quæ evenisse in dubio præsumitur, nihil in iis marito juris est, ideòq; nihil exinde lucratur, sed si quid fortè perceperit, refundere tenetur. *l. 9. §. 3. ff. de Jur. dot. l. 8. C. de pactis convent.* Posteriori verò casu, si custodia, administratio & usus istorum ex voluntate uxoris penes maritum sit, lege definitum est, administrationem marito competere, & fructus in communem matrimonii usum, reservato saltem uxori capitali seu sorte, impendere licere, *per l. ult. C. de pact. conv.* Aliud verò obtinet Jure Saxonico. Quamvis enim id ipsum divisiones bonorum hæcenus propositas æquè ac jus civile agnoscat, ratione ususfructus tamen nullam inter bona dotalia & paraphernalia facit differentiam, sed concedit marito indistinctè ususfructus perceptionem ex universa mulieris bonorum substantia. *LandR. lib. 1. art. 31. §. 45. Carpz. p. 3. conf. 20. def. 33. id. p. 4. conf. 21. def. 1. n. 7.* Cumq; maritus cautionem ratione ususfructus præstare non teneatur, *p. all. à Carpz. part. 2. c. 10. d. 9. n. 6. Glossam. Germ. ad art. 24. lib. 1. LandR.* jure merito etiam de percepto usufructu respondere non onerabitur. Cæterum de bonis receptitiis, quoniam uxor tam proprietatem quam administrationem in iis sibi reservat, non est ut solliciti simus, quòd certum sit: ubi nulla administratio, ibi nulla rationum reditio.

XI.

Ulterius quoq; jus Saxonicum aneclògustum videtur constituere tutorem, qui simul heres proximus pupillo existit. Ita enim sese habent verba in *LandR. lib. 1. art. 23. Wo der Vormund auch Erbe mit ist/ so darfer niemand der Kinder Gut berechnen.* Ad quæ verba Glossa germanica distinguit, an ejusmodi tutor bona indivisa & communia cum pupillo possideat, an verò separata, illo casu, si sit proximus simul heres, ad ratiocinia non teneri, bene tamen casu posteriori, quam distinctionem sequitur *Matth. Coler. part. 1. Dec. 6. n. 19.* Contraria verò ex parte *Matth. Wesenb. in marg. ad Schneidw. in pr. f. de satisdat. tut. n. 15.* hoc, quod tutor ejusmodi non debeat quotannis reddere rationem, iniquissimum & absurdissimum esse dicit, quoniam tutor tantò propensior in fraudem esse soleat, quanto majorem spem successionis habet. Hinc id ipsum à *D. Elect. Aug. Part. 2. conf. 11.* verbis: *Nicht weniger als die Legitimi* Siqui.

Sähr. Rechnung; u. thun schuldig/ correctum esse autumat *Dn. Mol-
ler. ad d. Const. n. 8.* à quo tamen dissentiunt *Abel. Strasturg. Conf. 5.*
Vol. 2. conf. Jac. Thomingii. subnexo n. 23. Es seqq. Corpz. part. 2.
Const. 11. def. 3. negantes, quod juri Saxonico quoad rationis reddi-
tionem unquam vel per *Const. alleg. Electoralem*, vel per *Or-
dinationem Imperialem*, aut per desuetudinem sit abrogatum.
Concedit tamen *Corpz. dist. def. 3. n. 19.* & præjudicio *Dominorum*
Seabinorum Lipsiensium corroborat, quod tutor legitimus, spem
successionis habens, teneatur ipsi pupillo finitâ tutelâ ad reddend-
as administratæ tutelæ rationes. Dicendus ergo erit ejusmodi
tutor aneclogistus non simpliciter & in perpetuum, sed saltem se-
cundum quid & ad certum tempus, finitæ scilicet tutelæ.

XII.

In tutela personarum illustrium id singulare constituunt non-
nulli, quod tutor finitâ tutelâ non teneatur reddere rationes, sed
sufficiat, has exhiberi per quæstores & præfectos: Es werden Re-
giments- und Vormunds-Räthe bestellet / welche alles administri-
ren / wenn auch nachgehends ein solcher Tutor abtritt / darff selbiger
nicht Rechnung abstaten / sondern er weist den gewesenen Fürst. oder
Gräfl. Pupillen auf die Amtleute und selbige Rechnung. *Christop. Besold.*
in Thes. Pract. verb. Vormundere. Naurath. de Rat. p. 145. Quoniam
verò quod quis per alium facit, ipse fecisse dicitur, *per l. 5. §. 3. ff. de*
administr. Es per. tut. atq. cap. 68. Es 77. de R. 7. in 6to ibiq. Dyn. Barbof.
locuplet. lib. 1. c. 54. n. 1. rectius statuitur, quod tutor illustris inter
aneclogistos frustra referatur, sed æqvè teneatur ad rationes finitâ
tutelâ & ad eandem culpam, ad quam privati. *Dn. Job. Frid. Rbet. in*
J. Jur. Publ. Germ. lib. 1. tit. 23. §. 1. Modò ipsemet tutor illustris
administrationem in se susceperit, ut adeò cum tutela personarum
privatarum conveniat. Quod si verò tutor illustris tutelæ ad-
ministrationi se non immisceat, sed vel à testatore, vel à giudice, vel
etiam à tutore ipso certi consilarii, quos Vormundschafts-Räthe
nominamus, ordinentur, quorum prudentiæ atq; sollicitudini totius
provinciæ gubernatio aut cura proventuum provincialium com-
mittitur, tutor illustris nullam rationem reddit, sed pupillum ad
administrantes remittit, quamvis de perperamgestis ob intermis-
sam debitam inspectionem argui possit, adeoq; actione tutelæ in
subsidium teneatur, per ea, quæ hanc in rem prolixius tradit *Pübel.*
de

de Tutel. Elef. cap. 12. n. 24. § seqq. ubi tandem præjud. rescripti
cujusdam illustri addit. conf. l. 3. §. 2. de administr. § peric. tutor.
ibiq; Commentat. § Damboud. patroc. pupill. c. 1. n. 32.

XIII.

Tutores excipiunt Curatores, inter quos in foro Saxonico illi tantum aneclogisti censendi sunt, quos mulieres majorenes sibi adungi petunt. Quamvis enim hæ, sive sint solutæ, sive maritatæ, sine curatorum auctoritate & interventu, tam in judicio, quam extra judicium, nil quicquam firmiter agere ac contrahere possint. *Const. Elef. Sax. 15. p. 2.* Attamen cum ipsæ administrationem bonorum suorum retineant, nec minimam partem curatoribus committant, *Carpz. ad dict. Const. def. 33. n. 6.* ut proinde exemplo tutorum honorariorum curatores ejusmodi honorarios appellent *Rauchbar. part. 1. quæst. 8. n. 8.* § *Carpz. de jur. fem. Singul. dec. 9. pos. 3. n. 30.* hinc ad rationes reddendas nequaquam adstringi possunt, nisi mediante specificatione administrationem bonorum, vel in totum, vel pro parte, in se receperint. Et ne quid dubii Lipsiæ hac in parte super sit, id ipsum publicâ lege constitutum est, ceu patet ex *Ord. Lips. Pupill. §.* Als aber auch wir berichtet / daß in estlichen Gerichten dieser Lande eingeführet werden wolle / daß der Wittben Curatorn gleichmässige Rechnung und Verantwortung wie der Unmündigen Vormundere thun sollen. --- Solches aber unbillich / in Betrachtung / daß der unmündigen Kinder und der Wittben und Weiber Vormundschafften einander ungleich / und manchen frommen Manne / der sich zu der Wittben Curatel gebrauchen läffet / über alle seine Gedancken und Verdienst dahero grosse Beschwerung zugefüget werden möchten / allbiweit bishero nicht brauchlich gewesen / daß von denen Curatorn über Wittben Güter wären Inventaria aufgerichtet worden / welche das Fundament der Rechnung sind / daß auch die Wittben und Weibespersonen ihren Curatorn so viel nicht einräumen / sondern ihre Güter mehrentheils selbst bestellen und verwalten / welches den Curatorn, sonderlich gegen der verstorbenen Wittben und Weiber Erben zu verantworten / un / darvon Red und Rechnung zu geben unmöglich fallen würde. Als — soll der Vormund zu einiger Rechnung der Wittben Güter nicht verpflichtet seyn / es hätte denn die Pflege-Frau demselben ihre Güter ganz oder eines theils auf ein Inventarium zu verwalten / oder ihre aussenstehenden Schulden gar oder eines theils einzunehmen übergeben und zugestellet.

XIV. Por-

Porro etiam Orphanotrophum à redditione rationum eximit *Martin. Naurath. de Rationar. pag. 11. motus l. 32. C. de Episc. & cler. ubi dicitur, quod hujusmodi pium atq; religiosum officium orphanotrophos ita peragere conveniat, ut minimè rationibus tutelaribus seu curationibus obnoxii sint; Grave enim atq; iniquum esset callidis quorundam machinationibus eos vexare, qui propter timorem Dei, parentibus atq; substantiis destitutos minores sustentare, atq; velut affectione paterna educare festinant. Nec aliud indigitat *Nov. 131. cap. 15. dum orphanotrophos tutorum & curatorum officio fungi, non autem subjacere tutelaribus aut curatoris rationibus asserit, quibus textibus innixus Job. Coras. in tract. de success. tam ex test. quam ab intest. p. 539. à num. 6. usq; ad 9. mordiciter hanc sententiam defendit. Contraria verò ex parte Munnoz. de Escobar. de Rat. cap. 3. n. 7. Job. Gars. de expens. & meliorat. cap. 20. num. 22. Job. Heeser de rat. redd. loc. 1. n. 11. aliiq; , orphanotrophos rationibus suæ gubernationis subjacere omnino asserunt, quorum sententia fundata est in *Nov. 123. cap. 23. ubi jubentur œconomialiorumq; venerabilium locorum gubernatores apud Episcopum reddere rationes, & quidem de jure Canonico annuatim, Clem. quia contingit 2. de relig. dom. Quod & interris Saxonicis sancitum apparet ex D. Aug. Elect. Ord. Provinc. de Anno 1580. tit. 33. Von Hospitalen s. zum dritten verb. Jährl. gute erbare unterschiedliche und aufrichtige Rechnung vor dem Rath. 12. & ex D. Job. Georg. I. Elect. Synod. General. Decret. de Anno 1624. §. Wir werden ferner verständiget. Cæterum pro conciliandis allegatis his juris civilis textibus distinguit *Gothofred. ad l. 32. lit. X. & Bruneman. in Comment. Cod. ad hanc legem, orphanotrophos non tenere reddere rationes ipsis orphanis, cum sit contra reverentiam quasi paternam arg. l. ult. §. 4. C. de bon. quæ lib. bene tamen Episcopo. Aliam sententiam fovet Paulus Castrensis, qui d. l. 32. interpretatur non de orphanotrophis, qui concreditam orphanotrophiorum administrationem habent, sed de orphanorum nutridoribus, qui suâ sponte officium tam pium præstent, ut proinde iniquum foret atq; impium, tutelaribus eos obstringere rationibus. Verum enim verò neutra satis arridet sententia. Non illa *Gothofredi propter obscuritatem, dum non apertè declarat,*****

de quibus rebus Episcopo reddenda sit ratio, multo minus hæc Pauli Caltrensis, cum vis inferatur textibus expressè de orphanotrophis inclytæurbis, & ita in publico officio constitutis, loquentibus. Satius fortè erit, si distinguamus inter bona orphanotrophis competentia, & inter res orphanis proprias, quam distinctionem suppeditant nobis verba initialia dictæ *Nov. 131. cap. 15.* De illa concredita orphanotrophii gubernatione reddenda est ratio juxta *Nov. 123. cap. 23.* Episcopo, non etiam de rebus orphanorum propriis, eas enim orphanotrophus tenetur saltem in inventarium redigere, & si servando servari nequeunt, earum pretia custodire, nequaquam autem de iis bonis orphanorum propriis, rationem reddere. Rectè igitur orphanotrophus dicitur aneclogistus ratione bonorum, quæ ipsi orphanis propria sunt.

XV.

Deniq; huc etiam spectat quæstio: An civitas à Principe suo de bonis civitatis ad rationes vocari possit? *Hennig. Göden. cons. 31.* in terminis decidit, neq; imperatori neq; cæteris principibus jus esse à suis civitatibus sibi immediatè subjectis, super rebus ad civitatem pertinentibus, computum seu rationes exigere. Nec destituta est hæc sententia ratione. Cum enim principes non sint domini rerum particularium, quæ à subditis possidentur, sed eas ad singulos suæ jurisdictioni subjectos omnino & pleno jure pertinere certum sit; civitates autem instar cujuslibet privati dominium rerum particularium habeant, præterea cum ratio reddenda sit dominis, non illis, qui extranei & non domini sunt, hinc concluditur ad principes non spectare, ut se rationibus reddendis de bonis civitati propriis immisceant. *Matth. Stephan. de jurisdic. lib. 2. p. 2. cap. 2. n. 164. usq. 173. Job. Fuchs de inventario cap. 4. num. 24. seqq. Ziegl. ad aur. prax. Calvol. §. Landsassii in limitat. num. 33. seqq.* Sed reclamatur praxis, multisq; in locis observatur contrarium, cum principi intersit, habere locupletes subditos, & scire, quomodo reditus illorum administrantur. *Naurath. de Rat. pag. 10. §. 11.* Imò modo laudatus *Stephan. loc. cit. n. 179.* ipse aliud dicendam esse existimat, si princeps hoc jus inspiciendi rationes singulari conventionione vel pactis, vel longo & immemoriali tempore, non contradicente magistratu oppidano, sibi acquisiverit, vel si fama & suspicio sit de mala administratione, ubi vel per viam in-

qvi-

quisitionis rectissimè se intromittit princeps jure superioritatis & universalis jurisdictionis, rationibus reddendis, vel per viam accusationis, si oppidani de mala administratione conquerantur. *Conf. Job. Fuchs. loc. cit. n. 28. seqq. David Mev. ad jus Lubec. in rubr. tit. 3. lib. 2. n. 26. seqq. Ziegl. d. l. n. 40. & seqq.*

CAP. III.

Aneclogistum ex facto hominis proponens.

§. I.

Consideravimus hactenus Aneclogistum, quatenus is immediate à legibus constituitur, nunc ulterius etiam, quatenus prævio & mediante hominis facto talis efficitur, dispiciendum erit. Per factum autem hominis, præter datam jam in §. 4. cap. 1. explicationem, hoc loco intelligimus omnem actum, qui legibus non prohibentibus, sive expresse, sive tacite is fiat, ad producendum aneclogistum celebratur, sive tale factum disponat, quomodo in vita rebus suis aliquis utatur, sive præscribat, quomodo post mortem eas administrari cupiat. Prius contingit per conventionem, quam ita generaliter sumimus, ut ad omnia, de quibus negotii contrahendi transigendiq; causa consentimus, atq; inter nos agimus, referamus, quo in significato etiam utitur *Ulpian. in l. 1. §. 3. ff. de pact.* Per testamentum autem intelligimus quamcumq; ultimam voluntatem, sive ea ore profertur, sive scriptis relinqvatur, sive solennis, sive minus solennis sit. &c.

II.

Atq; ut à posteriori modò, quo per testamentum aliquis à reddendis rationibus immunis præstatur, initium faciam, olim de Matre inter Dd. disceptatio oborta est, & quaesitum, an, si tutelam liberorum suorum gerat, maneatq; in communione hereditatis, libera sit à rationibus, habeatq; usumfructum in bonis, de quo legitur *B. Carpz. lib. 6. Resp. 70.* Sicuti verò negativam contra *Wesenbec. Jacob. Schult. Reinh. Ros. Matth. Berl. & Christoph. Philipp. Richter. strenuè defendit Carpz. d. l.* Ita ulterius

non in utiliter quæritur: an pater testamento efficere possit, ut uxor omnium bonorum habeat usumfructum cum onere alendorum liberorum, nec teneatur ad rationes reddendas? Et primo quidem intuitu simpliciter videbatur dicendum, non subsistere ejusmodi testamentum, cum hâc ratione legitima liberorum gravetur, quæ nullum onus recipit. *l. 32. C. de inoff. test.* Ideò liberis tertiam vel mediam partem totius paternæ substantiæ pro numero liberorum *Nov. 18. cap. 1.* restituendam esse, cum fructibus ex ea perceptis. *Carpz. part. 3. Const. 12. def. 7.* Detractis tamen liberorum alimentis & expensis, *Joh. Bruneman. Cent. 5. dec. 79.* licet pater conjugem liberam à ratiociniis esse jusserit, simulq; testamento prohibuerit, ne liberi legitime usumfructum petant, sed alimentione contenti vivant. Limite tamen hanc sententiam, si aliquo modo constare possit, per ejusmodi ultimam voluntatem, liberorum legitimam non esse gravatam. Ita recorder ex relatione Consultissimi Dni D. Rivini, Præceptoris honoratissimi, testamentum nuncupativum judiciale mercatoris Lipsiensis, *J. G. H. de publicato die 17. Maji. 1678.* conditum fuisse hujus tenoris: *Es solte seine Eheliebste nebst denen mit ihme erzeugeten Kindern seine völlige Erbin seyn/ jedoch/ daß sie die ganze Verlassenschaft behalten/ und vier Jahr nach seinem Tode die mit ihme erzeugeten zweyen Kinder bey sich behalten und gebührend veralimentiren solle / nach Verflüssung der vier Jahre solle seine Eheliebste einen jeden von dessen zweyen Kindern loco legitime & ex honorabili institutionis titulo 2300. Rthl. als vor volliges Patrimonium auszahlen / das ausgemachte Vatertheil aber die vier Jahr über zu verinteressiren nicht angehalten werden/ auch weder denen Kindern noch denen Vormunden einige Rechnung/ Inventur oder Eydliche Specification auszuantworten schuldig seyn. Et quamvis coram Nobilissimi Senatus Lipt. Dominis Deputatis ad causas pupillares in dubium à tutore liberorum vocaretur, in suo tamen vigore remansisse, eò, quod ex defuncti, paucis septimanis ante obitum, manu propria omnium bonorum conscripta signatione (aus dem Bilanz, so er 4. Wochen vor seinem Tode eigenhändig fertiget) appareret, liberorum legitimam nec læsam nec oneratam esse.*

Sed quid dicendum de tutore cui testator confectionem inventarii specialiter remisit, vel vetuit, *l. ult. §. 1. C. arbitr. tut. (quod facere potest, sive tutor sit testamentarius sive legimus sive dativus, Frid. Pruckmann. Vol. 1. Conf. 48. n. 25. etiam stante statuto, tutori necessitatem inventarii imponenti, Heeser. l. 6. num. 191.)* an etiam iste rationes reddere teneatur? Negat id cum *Dan. Moll. lib. 1. Semestr. cap. 39. B. Carpz. Part. 2. Const. 11. def. 4.* eò, quod rationes reddi nequeant absq; inventario, quod caput & fundamentum dicitur rationum reddendarum, remisso autem necessario antecedenti, remissum quoq; necessarium consequens. Limitat tamen *Carpz. n. 6.* si tutor doli & fraudis arguatur, quam testator neutiq; remississe censetur. Videri enim tantum per remissionem inventarii culpam & negligentiam esse remissam, & ne nimis rigorosè rationes examinentur. Verum enim verò cum fundamentum rationum reddendarum facile aliunde haberi possit, si testator vel ipse omnia bona sua ante obitum, quod sæpius factum memini, consignaverit, vel tutor bonorum pupillarum consignationem, (ad quam nihilominus teneri tutorem communis Dd. est opinio, *Frid. Pruckmann. Vol. 1. Conf. 48. n. 38. concedente § ipso Carpz. n. 8. seqq.*) confecerit, ita ut hismodi inventarii defectus suppleatur, simpliciter potius videtur esse affirmandum, quod licet testator prohiberit inventarii confectionem, nihilominus tamen ad rationes reddendas tutores ejusmodi obligatos esse. Infirmum enim à remissa confectione inventarii ad remissam rationum redditionem ducitur argumentum. Et videtur saltem ea fuisse intentio testatoris, ne rerum familiarium aut detegatur vilitas, aut invidiæ exponantur divitiæ *l. 2. pr. C. quand. § quib. quart. pars.* Egregiè hæc illustrant verba *Ordinat. Pupill. Lips.* Und demnach hierbey auch dieses bedacht und erwogen worden, daß vielleicht bey dieser Handelsstadt etliche vornehme Bürger und Händler Bedenken und Beschwerung tragen möchten, daß nach ihren tödtlichen Abgange ihrer Verlassenschaft Sachen / Handel / Gewerbe und Vermögen ihren Gesellschafter und Handels-Verwandten oder anderer erheblicher Ursachen halber durch die Gerichtl. Inventirung offenbahret werden solte, als soll es in solchen Fällen also gehalten werden, daß / wann die vornehme Bürger, oder / so Handels-Leute seyn / bey ihren Leben oder durch ihre Testaments

ments Verordnungen schaffen und disponiren werden / wie es diffalls ihren hinterlassenen Erben oder unmündigen Kindern zum besten angeordnet und gehalten werden solle / daß man es gestalten Sachen nach darbey bewenden lasse / aber denen Vormündern oder Erben und Bluts Freunden darneben angezeiget und auferleget werden solle / daß sie nichts desto weniger vor sich selbst ein ordentlich und richtig Inventarium aufrichten und jährlich einen Extract, wie es um ihrer Plege Kinder Sachen / Handel und Vermögen beschaffen und bewandt / versiegelt bey denen Deputirten hinterlegen und darauf ihre administration künftigt vertreten und verantworten sollen. Optimo sane consilio. Quoniam enim iudex voluntate testatoris non obstante, si minori id expedire deprehendat, tutorem ad inventarii confectioem cogere potest, *Covarruv. var. Resol. lib. 2. R. 14. n. 4. Gothofr. ad l. ult. C. arbitr. tut. lit. b. Matth. Wesenb. part. 2. Conf. 86. n. 6.* Hinc modo præscripto, si clausæ & obsignatæ deponantur rationes, conservatur ultima voluntas testatoris, vires patrimonii sui pandere nolentis, & simul à magistratu prospicitur pupillis, quò finitâ tutelâ annuas tutorum rationes examinare possit. Recordor tamen à modo memorato Ordinatio Lipsi. Pupill. textu non semel hæctenus recessum aliquatenus esse, ita ut, defunctis celebrioris nominis mercatoribus, relictorum impuberum Tutoribus, ex singulari Amplissimi Senatus concessione, remissa etiam fuerit annua exhibitio summariæ & obsignatæ consignationis de patrimonio pupillorum suorum. Cæterum si hic dicendum, quod res est, honoris tantummodò gratia à magistratu Lipsiensi ejusmodi remisio annuæ oblationis rationum impetratur iis in casibus, ubi tutor legitimus spem successiois in bonis pupilli habet, propter dispositionem juris communis Saxonici, de qua §. 10. cap. 2. diximus, quæ ne quidem per ordinationem Lipsiensem pupillarem, utpote statutariam, videtur correctâ. Certissimi siquidem juris est, quod jus statutarium exorbitans è jure communi strictissimè sit interpretandum. *Carpz. lib. 6. Resp. 39. n. 7. Kleinschmid. de princip. Jur. tract. 4. sect. 8. num. 20. & Hunn. Encyclop. Jur. Univers. part. 1. tit. 2. c. 6. n. 46. & tit. 3. c. 7. n. 1. 2. § 3. seq. ut quam minimum lædatur jus commune. cap. dilectus. 8. versic. cæterum. de consuetud. Gail. 1. O. 50. num. 8. & 2. O. 33. Zas. in l. properandum. versic. sin autem alteruter. C. de Judic. num. 19. seqq. Berlich. part. 3. conclus.*

cluf. 24. num. 9. verfic. 4. Carpz. decif. 31. num. 11. decif. 103. n. 17.
 § decif. 236. num. 21. nec conftitutio nova trahi poffit ad cafus
 fpeciales, ut auferatur privilegium à jure communi conceffum.
 Idem part. 2. Conf. 11. def. 3. n. 7. conf. Schurpf. centur. 1. conf. 55.

IV.

Qvod fi verò testator tutorem penitus aneclogiftum voluerit,
 qværitur, an omnimodo, & femper a redditione rationum libera-
 tus cenfeatur? Et qvonia hęc qvæftio fub duplici fchemate in
 jure noftro ventilatur, atq; hoc modo ad diverfos cafus applicari
 potelt, necesse erit, ut, anteqvam refpondeamus, e is præfuppona-
 mus. Aliter autem decidenda venit qvæftio in hoc cafu, fi testa-
 tor, ultimum elogium conditurus, eum tutorem à qvo nondum ad-
 miniftratæ tutelæ rationem exegit, aneclogiftum voluit; aliter
 verò, fi tutelæ adhuc adminiftrandæ à testatore qvis tutor præfi-
 ciatur, & aneclogiftus effe jubeatur. Priorem cafum qvod atti-
 net de eo tenendum, qvod adminiftratæ tutelæ ratio in testamen-
 to remitti poffit, etiamfi dolus in ea commiffus fuerit, modò hu-
 jus exprefse à testatore mentio fiat, de qvo cafu Dd. interpretari
 folent l. 18. C. de fidei commiff. ad quam vid. Brunn aliosq;. De pofteri-
 ori verò sciendum, qvod fi tutor bonam fidem in adminiftratio-
 ne non præftiterit, eum à rationibus non liberari, per l. 5. §. 7. ff.
 de adminiftr. & per tut. Per generale enim hanc testatoris vo-
 luntatem: tutorem filiorum meorum aneclogiftum effe volo; non
 omnis, fed fcrupulofa & exactiffima demum redditiõ rationum
 remiffa videtur, Dn. Stryck. de caut. contratt. fecl. 3. cap. 2. §. 1.
 Et omninò hac cafu tenebitur tutor, qvatenus locupletior factus
 reperitur, Paul. Montan. de Tutel. cap. 32. num. 204. Talis enim li-
 beratio videtur tantum fcrupulo am inqvifitionem remove, non
 autem tollit, qvominus ratione doli conveniri poffit, licet etiam
 relicta fuerit liberatio fimpliciter, omneq; illud per legatum re-
 miffum in qvo contingeret illum condemnari ratione adminiftra-
 tionis, fi qvidem nec hoc cafu dolus futurus remittitur, fed faltem
 illud, in qvo ob negligentiam effet condemnatus, prout fufe Phi-
 lipp. Dec. Conf. 178. & Dd. ab ipfo alleg. docent vid. etiam Donell.
 ad d. l. 18. C. de fide commiff. imprimis autem Bargal. de dol. lib. 6.
 reg. 6.

V. Tan-

Tandem Testator etiam aneclogistum constituit heredem, quando cibaria & vestiaria annua certorum nummorum certis personis relinquit, & posteriori parte testamenti cavet, ut certum prædium pignoris jure sit obligatum, quo ex reditu illius alimenta præscripta percipiuntur, qualis casus habetur in *l. 12. ff. de aliment. vel cib. leg.* Quoniam enim in tali passu fundus demonstrationis & se curitatis tantum gratia fuit adjectus, *Job. Baptist. Pontan. de Aliment. cap. 17. n. 29. Martin. Coler. de aliment. lib. 2. cap. 2. n. 18. Brunn. ad l. 12. n. 2.* ita ut integra legatariis debeat heres præstare cibaria & vestiaria, licet minores reditus proveniant, nec possit ex reditu fundi alimenta quoque annua præstare, cum causa sequentis pignoris non mutet causam legati principalis, uti ad *d. l. loquitur Cujac. in fin. Commentar.* Hinc apparet, heredem ad reddendas rationes de fructibus ex fundo perceptis nequaquam teneri. Aliud dicendum, si testator simpliciter certa alimenta legavit ex eo, quod in fundo natum erit, cum enim hæc verba quasi taxationis vicem obtineant, *l. 5. ff. de rit. Sc. leg.* ut legatarius fructibus fundi legato non sufficientibus plenum legatum ab herede perere nequeat, vid. hic iterum *Cujac. ad d. l. 5.* heres omnino de fructibus ex fundo eo anno perceptis rationem reddere tenebitur, ut constat legatario, non haberi tantum fructuum, quantum annuatim alimentorum nomine ex illis fructibus legatum.

VI.

Hæc de modis per testamentum aneclogistum constituendi. Superest, ut, quomodo per conventionem à rationibus reddendis quis liberetur, inspiciamus. Contingit autem hoc si debitor creditori suo fundum aliquem oppignorat, cum hoc pacto, ut in vicem usurarum fructus exinde percipiat, quale pactum antichrasis in *l. 11. §. 1. ff. de pignor. hypoth.* appellatur. In hoc pacto, quod ad rationes reddendas attinet, videndum, utrum fundi fructus certi sint, & modum usurarum exuperent, an verò incerti, ita ut industria & labore creditoris pingviores majoresque reddi queant; Deinde etiam, utrum creditori fructus fundi pro parte, an vero per totum concessi sint. Si prius, quando de certitudine fructuum eorumque præ usuris nimia præcellentia constat, & insuper pro parte tantummodo creditor fructus percipiat, tenetur non modo rationes red-

reddere, sed & qvòd superest, & legitimum usurarum modum excedit, detrahatur & forti imputatur. *vid. Carpz. part. 2. Const. 30. def. 41. ibiq; præjud. Berlich. p. 2. concl. 170. n. 24. & Christoph. ab Hag. de usu usurar. cap. 11. n. 120. seqq.* Posteriori verò casu, si omnes fructus concessi sunt, ita tamen, ut propter fructuum incertum proventum & pretii eorundem inconstantiam ac mutabilitatem illud, qvòd in vicem usurarum debetur, indubitato sperari nequeat, *l. 17. C. de Usur. creditor omnino à rationibus liberabitur, quam sententiam etiam præjudicio qvòdam confirmat B. Carpz. all. loc. def. 40. his verbis: So verbleibets bey solchen Contract noch mahls billich / und es mag derselbe / gestalten Sachen nach / weil N.N. benannte Acker durch seine eigene Arbeit beschicken lassen / und darneben die Gefahr des Miswachs tragen und erwarten müssen / pro usurario contractu nicht gehalten / noch der Creditor von dem eingehobenen Früchten Rechnung zu thun / und die Uebermasse an dem Capital ihm abzurgen zu lassen angehalten werden. Simile Scabinorum Lipsiensium Responsum refert Andr. Scheffer. lib. 2. q. 17. & Jctorum Wittenbergenfium Berlich. p. 2. decis. 170. n. 25. conf. Hagen. d. c. 11. n. 138. seqq. & Ann. Robert. lib. 4. Rer. judicat. cap. 2. in fin.*

VII.

Aliud genus pacti, juri antichriseos proximè accedens, est, qvòd debitores semet student exonerare ære alieno, qvando pignus creditori constituunt, ut in compensationem pecuniæ possideat, & ex fructibus fortem sibi colligat. Qvemadmodum verò differentia hujus pacti & juris antichriseos in eo consistit, qvòd facultas utendi fruendi vice usurarum, in nullo, nisi antichretico pacto, alicui indulgeatur, ita per hoc pignus, ubi certo tempore ad conqvirendam inde solutionem fundus à debitore creditori conceditur, prout Modestinus Jctor in *l. 39. ff. de pignor. act.* ejusmodi casum proponit, futuri fructus rei oppignoratæ, velut alcæ empti, intelliguntur, cumq; ratione fructuum nullum debitoris sit periculum, & vice versa creditor, qvòd percipit, æqui boniq; consulere debet, licet ob casum fortuitum nullus ad ipsum perveniat redditus *per l. 8. pr. & §. 1. ff. de contrab. emt.* hinc qvòq; ad rationes non tenetur, *vid. D. Mev. in discuss. levam inop. debit. cap. 4. sect. 11. num. 42.*

Sicuti verò per antichrisin creditori conceditur fundus, ut fructus in vicem usurarum percipiat, & in præcedenti pacto ad certum tempus facultas utendi fruendi ipsi permittitur, ut neutro tamen casu rationes reddere teneatur; ita ulterius in perpetuum fundus alicui tradi & concedi potest, ut pristino domino, ad dies vitæ annua pecuniæ quantitas alimentorum instar ex illo fundo solvatur. *Mev. part. 1. decis. 117.* Quò casu si in instrumento contractus fundi mentio, demonstrationis saltem ac securitatis gratia, injecta est, debitor à reddendis rationibus de fundi redditibus immunis erit, per ea, quæ diximus *suprà §. V. h. c.*

IX.

Eadem etiam est ratio illius, cui certa pecuniæ summa est concredita, ut loco interesse certa præbeat alimenta, licet enim cibarium pretia variant, nulla tamen exigitur ratio, sed simpliciter alimenta promissa exiguntur. Ita Lipsiæ prudentissimo sanè consilio, Nobilissimi Antistites, Scholæ Thomani summam, e. g. mille thalerorum, constituta prius in re immobili hypotheca, concedere solent, ut debitor promittat, an statt der jährlichen Interesse, wöchentlich eine Mahlzeit zwey Tische Knaben bey der Schulen zu S. Thomæ zu versehen/ sie mit tüchtigen Essen diese Jahr über/ so lange ihnen die 1000. Rthl. gelassen werden / zu versehen/ daß zum wenigsten auf jeden Tisch 9. Pfund Fleisch / gut Zugemüße und Trinken ihnen gereicht werde.

X.

Porro in societate varii casus evenire possunt, quibus regula illa, quam tradit *Petr. de Urbald. in tract. de duob. frat. part. 12. n. 1.* quod socius socio ad rationes teneatur, exceptionem patitur. Quemadmodum vero Dn. Stryck. *de Caut. Contr. sect. 2. cap. 10. §. 21.* præcipuas in hac materia cautelas non tam ex jure, quam mercatorum praxi addiscendas esse affirmat, ita memini, aliquos societatem contraxisse, & ne in casum mortis socii alter superstes demortui viduæ vel liberis relictis ad rationes teneretur, formulæ contractus post alia etiam sequentia inserta fuisse verba: Wegen Abfindung der Erben soll es dergestalt gehalten werden / daß hierbey einzig und alleine das Inventarium, welches zu lezt für des Verstorbenen Todesfall aufgerichtet / zum Fundament gesetzt / und denen Erben

ben ein mehrers / als dem Verstorbenen darinnen am Capital zugescrieben / nicht bezahlet werde. Und zwar dieses ohne Unterscheid / es begehre sich der Todesfall gleich kurz oder lang nach angeregter letzter Inventur, also gar / wann auch gleich einer 12. Monat darnach / und etwan ein oder etliche Tage vor einer neuen und anderweitigen Inventur diese Welt gesegnere / doch nichts desto weniger die Erben mit dem Quanto, so in dem letzten Inventario dem Verstorbenen angezehlet / jedoch nach Anleitung der unten vorgeschriebenen Maass und Weise gänglich zu frieden seyn / und von dem Ueberlebenden einige fernere Rechnung über die Handlung / oder andere weitere Nachricht und Verweisthum nicht begehren sollen. *Causa motiva sociorum fuit, ne extraneo pandantur secreta patrimonii Societatis, ob quam rationem etiam in contractibus societatis Confocii tutores liberorum defuncti socii constitui solent, ceu patet & ex formula adducta à Dn. Stryck. d. l. §. 20. § 21.*

XI.

Sic etiam quando duo socii pariter ac uniformiter administrant bona Societatis, solent Dd. colligere, illos mutua compensatione se invicem à redditione rationum liberasse, probantq; id ipsum ex l. 10. ff. de compensat. ubi Ulpianus inquit: Si ambo socii parem negligentiam societati adhibuimus, dicendum est, desinere nos invicem esse obligatos ipso jure, compensatione negligentiae facta. Simili modo probatur, si alter ex re communi aliquid percepit, alter tantam negligentiam adhibuerit, quae eadem quantitate aestimetur, compensationem factam videri, & ipso jure invicem liberari. *Confer. Mascard. de Probat. Vol. 4. Conclus. 1263. n. 6. Heñor Felicjus cap. 37. n. 11. seqq.*

XII.

Sed & ex renunciatione, quae vel antecedit administratio- nem, vel eam subsequitur, redditur aliquis aneclogistus. Priori casu, si quis liber dicitur à reddendis rationibus de futura administratione, tenetur nihilominus eam reddere, & reliqua restituere, ac solum censetur per ejusmodi renunciationem liberatus, ab exactissima, anxia & stricta rationum redditione, non etiam ea, quae delinqvendi occasionem præberet, uti de socio in terminis declarat Heñor Felic. de Societ. cap. 20. num. 10. § cap. 37. n. 17. § 36. Posteriori verò casu, ubi completa est administratio, cum remissio

doli præteriti valeat, si modo verbis fiat specialibus, omnino administrator liberatus habetur, nisi renunciatio facta sit à minore, cui ex capite minoræntatis beneficium restitutionis in integrum competit, etiamsi ante restitutionem probare non possit, quod illa rationum renunciatione in bonis ipsius damnum ei datum sit, qualem casum de matre tutrice filii, quæ renunciatione hujus non obstante, eo, quod minor esset, ad rationes reddendas fuit condemnata, recenset *Heinic. Michael. Respons. Kilon. 4.*

XIII.

Præterea etiam ex diurnitate temporis aliquis aneclogistus est, qualem verò temporis spatium requiratur, dissentiunt inter se Doctores. Castrensi & Cephal. viginti annos sufficere putant, sed eos refutat Joseph. Mascard. *de probat. vol. 4. Concl. 1263. n. 12.* & amplectitur sententiam Berol. qui triginta annos requirit, eo, quod actioni pro socio, qua inter socios redditio rationis petitur, non præscribatur, nisi triginta annorum spatio. *conf. l. 45. in f. de administrat. § peric. tutor. sed § ad illam l. Cujac. Jacob. Menoch. de Præsumpt. lib. 3. Præsumpt. 60. n. 5.* decennium sufficere existimat, inter fratres pro diviso possidentes, cum non sit verisimile, tamdiu tacuisse, quin potius omnia in divisione determinata, rationesque hinc inde redditas. *Hector Felic. cap. 37. num. 57.* distinguit, an constet de divisione bonorum, an verò non. Priori casu sufficit decennium, non solum ex temporis lapsu, sed etiam ex præsumptione redditas esse rationes, quoniam communiter accidit, quando dividuntur bona communia, ut hinc inde prius reddantur rationes. Posteriori verò casu, si neque verè nec præsumtivè de divisione constat, redditionem rationum excludi demum triginta annis. *conf. sis Petr. Sanz. de bonor. divis. cap. 9.* In foro Saxonico, cum jure communi specialis præscriptio statuta non inveniatur, statuerem, rationum redditionem præscribi triginta annis, anno uno, sex septimanis & tribus diebus, ex eo tempore, quo desit administratio, computandis. Quoniam autem curator diu absentis non definit administrare, donec absens redeat, vel pro mortuo habeatur, hinc, licet alias contra absentes currat longi velligissimi temporis præscriptio, *l. fin. C. de præscript. long. temp. § l. 3. C. de præscript. 30. vel 40. ann.* propter cautionem tamen, quæ in principio constitutionis à Curatore exigitur, se reversuro bona resti-

restituturum esse, impeditur præscriptio, & voluntas sibi acqvirendi excluditur, quæ voluntas tamen necessario requiritur, ut, eâ deficiente, tantummodo aliquis possideat naturaliter, cum è contrario ad usucapionem, tanquam modum acqvirendi dominium, requiratur possessio civilis. *Coll. Jur. Argent. tit. de Usurpat. & usucap. n. 15.* Tenetur ergo Curator diu absentis ad reddendas rationes, licet ultra triginta annos, annum & diem bona ipsius possederit. *Confer. Carpz. part. 2. Const. 9. def. 3.*

XIV.

Cæterum movetur inter Doctores & illa quæstio: Si à Domino clam vel vi ablata fuerint administratori rationes probe confectæ, atq; ita effectum, ne rationes reddere queat, annon illo casu administrator pro aneclogisto sit habendus? Quemadmodum verò in decisione hujus quæstionis ante omnia ablatio rationum probanda venit, ita *Jacob. Schult. ad Modest. Pistor. quæst. 126. n. 131. Tiber. Decian. Vol. 4. Respons. 7. n. 52. Heeser. loc. 15. n. 115.* affirmant, unicè standum esse administratoris juramento, quod ipsi rationes per adversarium fuerint subtractæ, quò factò, immunem & liberum à redditione rationum pronunciandum. Et *Menoch. Conf. Tom. X. Conf. 988.* ejusmodi casum de filio proponit, qui matri tutrici subtraxerat rationes, & post undecim annos eas reddi petiit; matrem verò ideò ad rationes vocari non posse dicit, quod præsumtio sit contra filium, ipsum per undecennium in libris rationum multa mutare potuisse, tamdiuq; distulisse, donec probatio vel per testes, vel alio etiam modo periisset.

XV.

Restat adhuc, ut paucis effectus, qui ex jure, quod habet aneclogistus, fluunt, indicemus. Tutus autem est aneclogistus, uti hæcenus vidimus, vel ex lege, & hinc tum ratione personæ, ut pater & tutor, qui simul pupillo proximus agnatus est, tum ratione officii, ut orphanotrophus & curator, de quorum officiis diximus §. 13. & 14. cap. 2., vel ex facto hominis, quando scilicet aliquis vel per testamentum, vel per conventionem, renunciationem & præscriptionem à reddendis rationibus liberatur, ut adeò, si pro qualitate unius cujusq; personæ ejusdemq; officii, & peracti negotii competentes exceptiones, quæ à redditione rationum aliquem

immunem præstant, recensendæ essent, multa adhuc proponenda haberem. Verùm enim verò, quoniam per allegationes exceptionum aneclogistus in foro potius, quàm in cathedra defendi soleat, & ea, quæ ad constituendum ac propugnandum aneclogistum hac vice ventilanda suscepi, in anterioribus paragraphis explicata sint, atq; temporis præterea, quâ includor, angustia plura addere non permittat, meritò hic finem elaborationi facio; id insuper à Te, L. B. etiam atq; etiam contendens, ut, quas pro aneclogisto hoc nostro reddidi rationes, æqui boniq; consulas, meisq; conatibus impòsterum quoq; faveas!

Vale!

D. O. M. G.

~~~~~

☉ I. ☉

**Q**uando suo ratio non est reddenda patrono,  
Dum RAPPOLDE doces viribus ingenii,

*Ipsè Tui studii rationem reddis, & ample  
Monstras, Te frustra non studuisse Dicæ.  
Subducta est ratio, superant Tibi reliqua nulla,  
Accipies apocham mox, ubi DOCTOR  
eris.*

Celeberrimi RAPPOLDI, Lipsiensium Philologi, Philosophi & Theologi acutissimi, nunc inter Cœlites agentis, egregio filio, J. U. Candidato meritisimo, ex arcanò pectoris recessu prolixè gratulaturus, cum votò felicitatis ulterius ad vota fluentis, *deprop.*

GEORGIUS REICHARDUS Hammer/D.  
Antecessor, Collegii Jurdici h. t. Decanus,  
& Reipublicæ Noribergensis Consiliarius.

II. Dum

☉ II. ☉

**D**UM RATIONIS opus reddendæ pluribus  
aufers,

De studiis *ratio* redditur æqua tuis:  
Hæc jam summa tua est: Themidos quæ debita  
restant,

Supplebit justo fœnore Diva Tibi.

Accipe, quæ præbet dulcissima præmia laurus,  
Actantis DOCTOR fortibus auctus abi.

*Hicce*

*Nobilissimo DN. CANDIDATO, Fautori suo  
certissimo, de optime promeritis Studii  
Juridici brabets, ut propitia ubivis fru-  
antur fortuna, ex animo gratulatur*

HENRICUS Lincf / D.

☉ III. ☉

**S**ic ergo charum cingit *Astrææ decus,*  
*Labore partum præmium multò, caput.*  
*Vix q̄ vanta, credas, sic feras mihi gaudia.*  
*Non est amicus nunc magis charus mihi,*  
*Candore nil est pulchrius satis agnitò.*  
*Ni laude dignum, q̄ dàm fides, magis est, Tûa.*  
*Quid dico, Patris quòd legis vestigia*  
*Doctorg, raptum Lipsiæ reddis nō vus?*  
*Quòd læta totâ est mente nobilis domus,*  
*Quæ Te Satori conspicit succrescere,*  
*Ob multa chara est quæq; nobis nomina.*  
*Splendore amatæ mens salit frontis datò:*

*Nomen*

Nomen renascens dulce R APPOLDI colo,  
 Gratorq; amicus Te novum lumen Tuis,  
 Et multa votis, multa verbis apprecor,  
 Ut coepta semper fausta surgant altius.  
 Sic iura poscunt cuncta, sic pietas jubet.  
 Tot quis quiescat rebus admonentibus?  
 Quin & Magistro vendico laurum mihi.  
 Tibi Miner vae scita tradidi Deae,  
 Tenella nostris crevit etas ductibus.  
 Nostra exq; primus disciplina purpuram  
 Fers, quae peritis destinata est jurium.  
 Nil est Magistris candidis amantius.  
 In Te laboris nunc fruor fructu mei.  
 Nunc pro docendo justa solvis munera.  
 Urgere quem non debeat ratio rei  
 Pennam peritâ, Fautor, acceptae doces.  
 Cur iura rebus denegas propriis data?  
 Ut ratio constet non volo studiis Tuis.  
 At sponte reddis. Optime quodq; omnia  
 Sint acta, doctum monstrat hoc cultumq; opus,  
 Et qui coronant tempora, insignes Viri  
 Quae ratio visa est, dicite, expeditior?  
 Hinc & triumpho, hinc letor, hinc praesessio.


Amico longe honoratissimo, obq; multas  
causas æstimatissimo fecit Lipsiæ,

M. JOH. HEINRICUS ERNESTI,  
 Schol. Thom. Rector & Fac. Phil.  
 Assesf.









Altdorf, Diss., 1685-86


ULB Halle 3  
002 266 873




f  
sb.

WOM







D. O. M. A. 12. 10

# ECLOGI- STUM,

1685 86

e L. 5. §. 7. ff. de Administr.  
& Peric. Tutor.

Consentiente

MAGNIFICO  
DRUM ORDINE  
NORICORUM ALTDORFINA,

Pro  
in Utroq; JURE DOCTORATÛS  
Gradu,

Ad diem 10. Septembr.  
C. CIO IO C LXXXV.

H. L. Q. C.  
Solenniter defendet  
L FRIDERIGUS RAPPOLD,  
LIPSIENSIS.

ALTDORFI,  
eris HENRICI MEYERI,  
Univerfit. Typographi.

lta  
S.  
Pl